b) Uniuerſis preſentes literas inſpecturis Decanus ſinguliqꝫ Magiſtri facultatis Theologiæ in uenerabili florentiqꝫ et fructifero ſtudio Pariſienſi ſalutem in eo qui eſt omnium uera ſalus Cum uniuerſi fidei catholicæ cultores, tam naturali æquitate quam Diuinæ legis præcepto ſint aſtricti ut fidele teſtimonium perhibeant ueritati multo magis conuenit ut Magiſtri ſacræ Theologiæ profeſſores qui ueritatem de Diuinis ſcrutantur et in ea alios inſtruunt et informant ut ſic nec amore uel fauore, aut alia quacunqꝫ occaſione deuient a rectitudine ueritatis et rationis. Cum igitur non ſolum fama referente, ſed ipſius rei euidentia declarante ueraciter nobis conſtet dilectum noſtrum uenerabilem et diſcretum uirum Magiſtrum Joannem Michaelem Diœceſis Lauſannenſis in ſacra Theologia Baccalaureum uita moribus et ſcientia fore multipliciter commendabilem. Volentes quantum nobis incumbit in hac parte ueritati teſtimonium perhibere tenore præſentium notum facimus tam præſentibus quam futuris quod præfatus Magiſter Joannes Michael gradum Baccalaureatus anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo die decima ſeptima menſis Maii examinibus rigoroſis ſecundum prædicta noſtræ Theologicæ facultatis ſtatuta et conſuetudines in eadem facultate Theologiæ Pariſienſi legitime eſt adeptus In cuius rei teſtimonium ſigillum præfatæ noſtræ Theologiæ facultatis literis præſentibus duximus apponendum. Datum Pariſijs in noſtra congregatione generali apud collegium Sorbonæ ſolemniter celebrata Anno Domini milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo Die 1ª prima menſis Auguſti.

Approbo raſuram / ſeptimo Die vero prima

Le Goux

A. D. 1577. — Deux diplômes de l'Université de Paris.

Fribourg (Suisse), Archives du couvent des Cordeliers.

123

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Planche 123 – Franz Steffens, La Paléographie Latine (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fh6/7408/59704)